



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt virginem nemo furetur in vxorem. xii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Et sponsus et sponsa ante nuptias a sacerdote bene-  
dicantur.* Cap. VII.  
**V**T sponsus ac sponsa cum precibus & oblationibus a sa- *Ex decr.*  
cerdote benedicantur, & legibus spōlerur ac donetur, Sotheris  
& a paronymphis custodiatur, & publice solenniterque ac- *pap. ca. 5*  
cipiatur. Eiduo etiam ac triduo abstineant se, & doceantur  
ut castitatem inter se custodiant, certisque temporibus nu-  
bant, ut filios non spurios, sed hereditarios Deo & seculo  
generent.

*De primo coniugio.* Cap. VIII.

**I**N primo coniugio debet presbyter Missam agere, & be- *Ex cōcil.*  
nedicere ambos, & postea se abstineat ab Ecclesia XXX. Mediola.  
diebus,

*Quod vir fidelis a muliere infideeli separari non debeat.*

Caput IX.

**S**i quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit *Aposto-*  
habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier *lus dicit.*  
habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa,  
non dimittat virum. Sanctificatus enim erit vir infidelis in  
muliere fideli, & sanctificata erit mulier infidelis per virum  
fidelem.

*Et in Christianorum nuptiis non saltetur.*

Caput X.

**O**voe non oporteat Christianos euntes ad nuptias *Ex cōcil.*  
plaudere vel saltare, sed venreabiliter cœnare, vel *Laodicea*  
prandere, sicut Christianos decet.

*Et viduam nemo furetur in uxorem.* Cap. XI.

**S**i quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentiens *Gregor.*  
ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathe- *dicit*  
ma sit.

*Et virginem nemo furetur in uxorem.* Cap. XII.

**S**i quis virginem, nisi desponsauerit, furatus fuerit in u- *Itē eius dē*  
xorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt  
omnes tertio, anathema sit.

*De virginē vel vidua furata.* Cap. XIII.

*Ex decr.*  
**S**i quis virginem aut viduam furatus in uxore, nisi fuerit *Eusebī*  
a se desponsatam, anathema sit.

*p. ca. 10*